



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Testudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM

LIBER XXVIII.

DE IIS QUÆ PER TESTUDINEM, COCHLEAM,
CANCRRUM ET ID GENUS TESTACEA
SIGNIFICANTUR

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD AMPLISSIMUM PATREM LIVIUM PODOCATHARUM
CYPRI ARCHIEPISCOPUM.

Proximis hisce diebus, Amplissime pater, cum mihi agalmatum tuorum supellecilem aperires, antiquissime operæ, ex aere, auro, argento ducta, & marmore cœlata signa numismataque plurima veterum illa ingeniorum atque artium monumenta minime contemnenda deletabili spectaculo mihi proposuisses, habere te opera hac in delitiis, ea plurimum de causa dicebas, quod à summa claritatis viro Ludovico Podocatharo Cardinali Capitaquensi patruo tuo comparsa congeslaque fuissent. Quem virum generosissimam natalibus insignem, Medicina celebrem, Philosophia claram, vita integritate laudatissimum, virtutes ipsa in omni vita colore eximia, ad amplitudinem eam extulerunt. Preinde quidvis esset apud te, quod illius memoriam renovaret, sive vestis, sive vas, sive libri, sive quæ tam multa extant doctrina ejus commentaria, tanquam sacra omnia à te custodiari, & in honore etiam haberi: dignum quidem ejus homini insitutum, qui optima quaque sibi ad imitandum proposuerit. Quæ quidem cum tibi acciderent jucundissima, eo quoque non parum delectari videbaris, quæ ego multa in veterum monumentis illis, & mystice & in doctrina aliqui recessu delitescentia inter spiculum explicabam, interpretabarque: cujusmodi illud fuisse memini, quid sibi veller Testudo Veneris subiecta pedi: quid altera ex aere cuprope Damasceni operis in usum, ut conjectura erat, bullæ facta, cauda quippe replicata, qua torum aut licium transmitti posset, atque ita gestari: quid in numeris aliquot Testudo alia. Quæ tibi cum exposuisssem, postulasti ea tibi scripto credita exhiberi: quod quidem libentissime feci, cum id semper studuerim, ut quacunque possem ratione meum erga te animum aperire, id sedulo facerem, quod incomparabilis probitas tua, benignissimæ comitas, & egregia quedam mentis tua sinceras exigere videbantur. Accedebant & beneficia in me promptissima vultus alacritate collata, & quod literatos omnes quacunque posse occasione demereri, semper appetiisti. Sed quoniam parum me tibi præstigijs videbar, si Testudinis tantum significata conscripsisse, addidi ad eam quedam alia ex eodem testaceorum genere, quæ non minoris mibi visa sunt eruditio[n]is, quam quæ Testudine super efferebantur. Multa enim hieroglyphica Ægyptii sacerdotes ex Cancro, Locusta, Pinnis & bujusmodi aliis desumpserunt, quæ omnia quantum memoria succurrerunt, uno commentario enarrata conscripta que tibi dedicav[er]i. Tu quotiens ea in agalmata illis suis vel cusa, vel sculpta incisaque videris, aut mensis illata conspexeris, Pierii tuis memineris velim, qui te summo cultu, summaque semper est observantia prosecutus.

DE TESTUDINE. CAP. XXX.

Testudo igitur, inter crustacea primum occupabit locum, quoniam ipsa narrationis istius argumentum præbuit, & pictura ejus in hoc symbolorum genere est admodum speciosa.

IN